



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hyperdvlia Mariana

**Berchmans, Johannes
Canisius, Jacobus**

München, 1636

Testimonivm Ill.mi Angeli Cæsi, filij Ducis d'Acqua-Sparta.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55266)

TESTIMONIUM

Ill^{mi} ANGELI CÆSI,
filij Ducis d' Acqua-Sparta.

Hic virtutem Berchmanni adeò semper suspexit, vt non rarò in Collegij hortum venerit eius obseruandi causa, dum colloquij horâ cum alijs animû relaxaret, simûlque illo se spectaculo recreandi, quo omnes vnico campanæ signo audito, sermonibus intermissis, silentio summo, ad suas quisque occupationes in cubicula reuertuntur. Iam nempe id illi maximo solatio erat, eum videre in illo mortis procinctu, tanta animi tranquillitate, tanta alacritate vultus iacentem, ac si æger non fuisset, audire tam placidè loquentem de morte, deque secururâ vitâ. Cuius orationibus cum salutem suam commendasset, inde digressus affirmabat, visum sibi Angelû in eo lecto vidisse iacentem, in quo tam

placidè quiescebar, tam expeditè loque-
batur, vt nec morbi, nedum mortis sen-
sum vllum habere videretur.

Sic Illustrissimus Dux Angelus Cæsus
de Angelo nostro Angelorum Dominæ
deuotissimo.

TESTIMONIUM

P. MUTII VITELLESII
Præpositi Generalis Socie-
tatis I B S V.

Felicis memoriæ frater noster Ioannes
Berchmannus, iuuenis reuera fuit
innocentiâ ac puritate insigni, Angelicis
moribus, pietate admirabili, virtutibus
solidis, ac perfectis, Instituti nostri, regu-
larumque seruantissimus, omnibus qui
vnquam cum eo sunt versati, quocunq;
tempore aut loco per quamcunque oc-
casionem, summi semper exempli, aded
vt neminem repererimus, qui vnquam
in eo deprehenderit vel minimum defe-
ctum